

iudex Paulus de Agatha

*51*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali  
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Paulus de Agatha

*51*

1482-04-17

In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.  
Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo octuagesimo secundo. Regnante... Ferdinando Dei gratia Sicilie, Ierusalem et Ungarie rege, regnorum... eius in hoc regno Sicilie anno vicesimo quarto,... mense Aprilis, die decimoseptimo eiusdem, quintedecime indictionis, Mathere.

Nos Paulus Agathus de civitate Mathere, ibidem pro presenti anno... annalis iudex, Paulus Peschus de eadem civitate,... puplicus ubilibet per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate notarius, Eustasius de Zaffaris, Thomasius de Carlucio, notarius Andreas de Passarellis, Angelus de Ciminello, Iacobus de Simone et Donatus Pascarelli Papeleonis, testes... de eadem civitate,... notum facimus... quod,... ad... requisitiones... nobis factas per Franciscum Stephani de Pegnino de affata civitate,... nos contulimus ad hospitium habitationis... iuris utriusque doctoris... Antonii de Riczeis de Iuvenacio, regii capitanei civitatis Mathere, situm... in corpore civitatis predictae, iuxta hospitium maioris ecclesie Matherane, iuxta viam publicam,... in quo... hospitio cuncti Matheranenses capitanei residentiam facere consueverunt; et cum ibidem essemus, personaliter constitutus asseruit Franciscus ipse... in non sat longe elapsis diebus, contra eundem fabricatum et agitatum processum quemdam ad denunciationem et accusationem Iacobi de la Pereghia de et super nonnullo asserto patrato clandestino insulto in eiusdem Iacobi personam, cum lapidis projectione et sanguinis ac vulneris apparitione; in quo quidem processu, debitis, oportunis et necessariis intervenientibus actis, testibus per eundem

denunciatores datis examinatis, eorumque dicta et testimonies in eodem recollectis, intimationibus sollempnibusque requisitionibus et citationibus xxx et requisitis polite precedentibus, per prelibatum... dominum Antonium Materanensem capitaneum et eius curiam prolata,... diffinitiva sententia fecit eundem propterea denunciatum tamquam sceleris et prelibati delicti insontem et inculpabilem a tali denunciatione... absolvendo totaliterque liberando. Quam... sententiam in actis eiusdem curie conservatam esse dixit, quos, pro eiusdem inventione,... perquiri nobis petiit. Cuius petitione per nos visa, eademque iuris consonam esse censentes, parvo cum conatu predictos actus eiusdem domini capitanei non inacte, non inordinate, set optime actitatos in quadam cascata apitea banca magna, debita serratum abstante, invenimus et perquirimus, erat namque inter ceteros fascius quidam purpurea lineea vintus, in quo sententiam ipsam in bambiceam cartam adscriptam reperimus, cuius... tenor est talis ut sequitur [*qui segue il documento n. 49*].

1

2

Qua... sententia... reperta,... de dicta sententia... ad futuram rei memoriam, certitudinem et cautelam ipsius Francisci factum... est presens publicum transumptum... † Ego Paulus Agathus qui supra annalis iudex predicta fateor vera esse et me subcripsi † Ego Thomasius de Carlucio qui supra testis testor † Ego Angelus de Ciminello qui supra testis testor † Ego Eustasius de

*Segue civite depennato*

*Forse per apieta, nel senso di ‘ben fatto’*

Zaffaris qui supra testis testor N. Andreas de Passarellis  
qui supra predicta fatetur Signum crucis proprie manus  
mei qui supra Iacobi de Simone qui supra testis illiciterati  
scribere nescientis

3

Gattini, *Note storiche*, p. 281: Tommaso era un nobile della città e nel 1485 fu tra i sei Deputati eletti. È ricordato anche perché prese parte alla delegazione inviata presso l'arcivescovo Palmieri per discutere dei canoni promulgati sull'obbligo per i canonici materani di partecipare ai riti della festa di san Canio ad Acerenza.